

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

LV. Praeceptum Karoli Regis de dono facto Attoni fideli Regis quarundam  
rerum de dominio sitarum in comitatu Bajocensi, in pagello qui dicitur  
Otlingua Saxonica, id est, villae nostrae Herdrae cum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tis nostri continetur, sub immunitatis nostra defensione quicquid ordine possidere & nostro fideliter parere imperio; quatinus congregationem ibidem Deo famulantem pro nobis & conjugi proleque nostra vel pro stabilitate totius imperij nostrae a Deo nobis concessi atque conservandi iugiter Domini misericordiam exorare delecteret. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus valeat inconsulta manere, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impreffione signari julfimus.

Signum Hlotharii piissimi Angusti.

Drutemir Subdiaconus Protonotarius ad vicem \* Egilinari recognovi.

Datum pridie Nonas Februario anno Christo proprio imperij Domini Hlotharii Pij Imperatoris x v. Indictione prima.

Aetum Ollona palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

#### L I V.

*Privilegium Karoli Regis filij Ludovici Imperatoris pro monasterio Miciacensi.*

An. 840.  
Ex chartula-  
rio mo-  
nasterij  
Miciacen-  
sis.

In nomine sancte & individuae Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Notum igitur esse voluntus omnibus sanctae Ecclesiae nostrisque fidelibus quia Petrus Miciacensis loci venerabilis Abbas deuilit nobis preceptum Domini & genitoris nostri ferentissimi Ludovici Angusti, in quo continetur quod idem genitor noster eidem religioso loco, qui est in honore sancti Maximini confessoris Christi, & vocatur Miciacius, tres naves per diversa imperii sui flumina pro necessitatibus ipsius Ecclesiae & monachorum in eodem loco Deservientium disurrentes per ipsum suum preceptum confirmasset, & ab omni fisci cenu in sua elecmofyna immunes fecisset, similes & de carnis & de sanguinis memorati loci vel monachorum ibidem Deo famulantur, & de diversis negotiis quae in villulis ipsius loci sunt, necnon & de omni commercio, undecunque fictus teloneum exigere poterat, egisset. Nostram quoque clementiam idem venerabilis Petrus cum monachis suis suppliciter flagitavit ut patria nostra factum misericordiae opere plenum per hoc nostrae auctoritatis confidemus preceptum. Cujus petitioni ob animarum nostrarum salutem libenter annuimus, & ad precem eius circa eundem locum hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri decrevimus, per quod omnino jubemus atque praecipimus ut nemo fidelium nostrorum nec quilibet ex auctor judicari potestatis de carnis vel sanguinis seu in villis ejus super quibuslibet negotiis factis, vel etiam de quounque alio commercio, undecunque jus fisci teloneum exigere potest, ullum teloneum accipere vel exigere presumat. Naves vero tres, quae sive per fluvium Ligeris sive per cetera flumina regni nostri ob utilitatem & necessitatem ipsius loci discurrunt, ad quacunque civitates, castella, aut portus, aut cetera loca accessum habuerint, nullus ex eis aut ab hominibus qui eas praevident ullum teloneum, aut ripaticum, aut pontiacum, aut portaticum, aut salutaticum, aut cespitati-

cum, aut ecenaticum, aut laudaticum, aut transanticum, aut pulveraticum, aut ullum occursum, vel ullum cenum, vel ullam redibitionem, vel certa que enumerari longum est accipere vel exigeaneat. Sed licitum sit abique illa aliquis contrarietate illicita vel detentio per hanc nostram auctoritatem naves tres, & homines qui eas prævidete debent, cum iis quae deferunt, per universum regnum nostrum liberè atque secundè ire & redire. Et si aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis protrs, ut dictum est, exigatur. Haec igitur auctoritas ut pleniora in Dei nomine obtinet vigorem, & a fidelibus nostris certius credatur & diligentius conservetur, annuli nostri impreffione subter sigillari jussimmo. Datum mense Octobris anno primo regnante Karolo Rege.

#### L V.

*Preceptum Karoli Regis de dono factio At-  
toni fidei Regi quarundam rerum de do-  
mino sitarum in comitatu Bajocensi, in  
pagello qui dicitur Otingua Saxonica, id  
est, villa nostra Herdrie cum omnibus  
suis integratibus.*

In nomine sancte & individuae Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Regalis celitutinis mo- An. 841.  
Ex chartula-  
rio mo-  
nasterij  
Folacensi.  
ritus est fideles suos multiscaulis honorare atque sublimare. Proinde morem parentum Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celitutini nostrae quandam fidelem nostrum Attotonem nomine de quibusdam rebus nostra proprietatis honotate atque in eis iurius potestatem liberalitatis nostrae gratia conferre. Idcirco non erit experientia atque industria omnium fidelium nostrorum tam præsentum quam & futurorum quia concedimus eidem fidei nostro Atttoni ad proprium quasdam res iuriis nostris sitas in comitatu Bajocensi, in pagello qui dicitur Otingua Saxonica, id est, villam nomine Heidram cum omnibus suis integratibus & municipiis utriusque sexus, quam Gundacher Comes ayo nostro Karolo Imperatore per suam epistolam confirmavit habere. Et in altero loco in prædicto comitatu Bajocensi, in villa nuncupata Ebereneio, quantumcumque suprataxatus Gundacher Comes ibidem vias fuit habere, cum municipiis ibidem commanditibus vel pertinentiis. Necnon & villa Funtando, quantumcumque Godi femina inibi habere dinofecit, & nostra videtur esse possessio, tam in municipiis quam etiam & in aliis rebus. Supradictas res cum omni integrare vel eorum appendicis memorato prædictaque fidei nostro Atttoni ad proprium per hanc nostrae auctoritatis conscriptiōem concedimus & de nostro jure in ius ac potestatem illius sollemni donat one transferimus, ut videlicet ut quicquid ab hodierna die & tempore exinde pro sua utilitate acque commoditate iure proprietario facere debeat, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendo tam donandi quam vendendi vel etiam heredibus suis relinquendi. Et ut hujus carte largitionis

largitionis atque donationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & de anulo nostro signari jussimus.

Signum Karoli glorioissimi Regis.

Deo marus Notarius ad vicem Hludovici recognovi.

Data Idus Novembri Indictione vi. anno xv.  
regnante Karolo gloriose Rege.

Aetum in tentoris prope Redonis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

### L VI.

*Præceptum Lotharij Imperatoris pro Agilmaro Archiepiscopo Viennensi us de bonis ac facultatibus suis statuere possit pro sue voluntatis arbitrio.*

An. 844.  
Ex chartula  
lario Eccle-  
siae Viennensis.  
\* postula-  
tionibus.  
\* neverit

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni, Lotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Dignum est ut imperialis sublimitas procerum suorum \* sublimitas tantum benignius ac libentius annuat & annuendo adimplat quanto videtur ac noverit in suis obsequiis perfidere efficaces. Idcirco \* omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesie ac nocturnum praefentium videlicet & futurorum sollicita quia Agilmarus sanctæ Viennensis Ecclesie vocatus Archiepiscopus & facri palati nostri Archicancellarius nostram patitur excellentiam ut omnes res quas de paterna velmaterna ei evenerunt hereditate, vel eas quas ipse per diversa loca quoquaque ingenio justè & legaliter adquisire dinoctur, seu & illas quas Deo opulante justè & legaliter adquirere potuerit tam per vindicationem vel concambium seu per donationem aliquam, per præceptum nostra immunitatis illi sanciremus habendas. Cujus precibus propter \* devotissimum libenter an-  
nuentes, hoc nostra immunitatis præceptum ei fieri decrevimus, per quod omnes res suas illi san-  
cimus, modisque omnibus confirmamus, quae ei, sicut supra dictum est, de paterna vel materna he-  
reditate advenientes, in quibuslibet pagis & locis consimiles, sicut & eas quas, sicut prefati fu-  
mus, justè & legaliter quolibet modo tam per  
donationem Regum vel per venditionem atque  
concambium seu per aliquam donationem adqui-  
sisse dinoctur, ut absque aliquacis contradictione  
vel refractione quieto ei ipse ac pacifico jure  
possideat, & cunctum voluerit derelinquit, &  
nemo hominum neque coquissimum potestatis per-  
sona ullo unquam in tempore de omnibus rebus suis vel hominibus, liberis scilicet ac servis, qui super terram ipsius commantere videntur, aliquam illi infere presumat contrarietatem vel inquietu-  
dinem; sed licet ei cum ipsis rebus vel homini-  
bus, sicut supra dictum est, sub nostra immuni-  
tatis tutione ac mundeburdo quietè vivere ac pa-  
cificè residere. Si vero aliqua querimonia adver-  
sus homines suos liberos & servos orta fuerint,  
qua absque gravi iniquoque dispedio nequeant diffiniri, jubemus ut ante nostram usque suspen-  
datur presentiam, quatinus ibi iuxta legis ordi-  
nem finitivam accipiant sententiam. Et quicun-  
que

\* devotio-  
nem ejus

que contra hoc nostræ immunitatis præceptum ire aut aliquid agere tentaverit, vel illud violare presumperit, sciat se eandem immunitatem com-  
positum. Et ut hæc nostra corroboracionis atque immunitatis præceptio inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter illud firmavimus & aquila nostri impreffione affixatae jussimus.

Signum Hlotharij serenissimi Augusti.

Ercamboldus Notarius ad vicem Agilmari re-  
cognovi.

Data Idus Novembri Indictione vi. anno xv.  
regnante Karolo gloriose Rege.

Aetum in tentoris prope Redonis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

### L VII.

*Præceptum Lotharij Imperatoris quo confir-  
mat possessionem Ecclesie Viennensis  
in villa Toliana.*

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni, Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Dignum est ut erga loca divinis cultibus mancipata munificentia nostra conferamus largitatem, ut & anteriorum sequatur morem Imperatorum, atque propensius Dei nos credimus ope fulciri & ad praesentem glorio-  
fici transfigendam prosperitatem & ad futuram felicitati obtinendam beatitudinem, si debitam circa Ecclesiæ follicitudinem gerimus. Idecirco noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesie ac nocturnum tam praefentium quam & futurorum industria quia Agilmarus venerabilis sanctæ Viennensis Ecclesie vocatus Archiepiscopus & facri palati nostri Archicancellarius nostræ innocuit serenitati qualiter tempore prædecessorum suorum quædam villa que nuncupatur Tolianus à fide sibi commissa subseruera fuerat. Vnde idem Agilmarus nostram petitur excellentiam ut Tolianum Ecclesie Viennensis, cui ipse Deo auctore praesidet, & constructa habetur in honore beati Mauritij martyris Christi, per nostræ auctoritatis præceptum redemerimus atque confirmaremus. Cuius petitioni assensum præbentes, hos sublimitatis nostræ apices decrevimus fieri, per quos memoratam villam cum omnibus appendicis suis consistentem in pago Tolianense præfata sanctæ Viennensi Ecclesie facimus modisque omnibus confirmamus, ut tam nostris quamque successorum nocturnorum temporibus in dominatione ac potestate ejusdem Agilmari ac successorum suorum permaneat, ut quicquid ad utilitatem ejusdem Ecclesie facere decreverint, liberam in omnibus per hanc nostram auctoritatem habeant potestatem faciendi abique aliquacis contradictione vel repetitione seu qualibet refractione. Et ut hæc nostra ligationis atque confirmationis auctoritas inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impreffione adsignari jussimus.

Signum Hlotharij serenissimi Augusti.

Y Y Y

Tom. II.